



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nucleus Casuum Conscientiæ Sive Brevis Notitia Eorum  
quæ scitu vel necessaria, vel valde vtilia sunt  
Confessarijs in primo ingressu ad audiendas Confessiones**

**Agostini, Giuseppe**

**Coloniae Agripp., 1644**

De Duello.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41767**

## DE DVELLO.

1 **D**Vellum, de quo loquimur, est pugna duorum cum periculo mortis, aut vulnerationis grauis, ex aliquo illicito fine, & ex condicto assumpta. siue id publicè, siue priuatim fiat. Differt à simplici rixa, quia hæc non fit ex condicto, sed ex subito aliquo casu. Dicitur, duorum, quia ita communiter fit inter duos: quamuis eadem esset ratio, si plures ex vna parte, & plures ex alia pugnarent ex condicto, propter priuatas inimicitias, aut dissentiones, designando locum, & tempus. Est autem duellum regulariter prohibitum, non solum iure naturæ; sed etiam Humano, & Ecclesiastico: & maximè ex Tridentino, & ex Bullis Pij IV. Gregor. XIII. & Clem. VIII. Imò additur pœna excommunicationis latæ sententiæ, & aliæ pœnæ.

2 Excommunicantur autem in Tridentino omnes Superiores temporales, concedentes locum ad duellum in suis terris. Secundò duellum committentes.

Tet.



Tertiò patrini, consulentes, suadentes, & spectatores: id est qui non casu sunt spectatores, sed ex consilio, tamquam socij, & comites, aut ex professo ad tale spectaculum accedentes. Hæc autem excommunicatio ex vi Concilij non est reseruata.

3 At verò ex decretis aliorum Pontificum, primò extenditur excommunicatio etiam ad duellum priuatum sine patrinis, & ad permittentes, & non prohibentes Principes, fauentes, & nõ puniētes. Itē ad fautores, adherentes, portantes chartas duelli, subscribentes, affigentes, & publicantes, dictantes, componentes, mittentes, deferentes, diuitantes, imponentes, uel etiã solo verbo denunciātes, consiliū, & fauorem præbentes. Et quidem hæc excommunicatio, quoad omnes has personas, est reseruata Papæ: potest tamē tolli ab habentibus casus Papales in genere. At verò in terminis bullæ Gregorij XIII. ita reseruatur Papæ; ut non possit tolli intra Italiam, extra Urbem. nisi ex speciali facultate, sicuti in Regno Siciliæ per Bullam. De quibus plura *Filliuc. to. 1.*

*tr. 15.*



tr 15. c. 1. n. 103. & to. 2. tr. 29. c. 8. & Sanch.  
l. 2. de praecep. c. 39. Præterea agunt de duello  
Azor. to. 3. lib 1. c. 5. Suar. de Char. disp. 13.  
sect. ult. Bulla autem est tenoris sequen-  
tis.

GREGORIUS EPISCO-  
pus Seruus seruorum Dei ad  
futuram rei memoriam.

**A**D tollendum detestabilem duello-  
rum usum, Concilium Tridentinum  
excommunicationem, & alias grauissimas  
pœnas in concedentes locum ad monachiam,  
ac pariter in pugnâtes, nec non patri-  
nos, consulentes, suadentes, & spectatores, sa-  
lubriter quidem decreuit. Sed in hoc  
minum malitia, facinorosi non desunt, qui  
quod publicè prohibitum est, priuatim exe-  
qui non dubitent, dum se pœnas prædictas  
hoc modo eludere posse arbitrantur.

Nos ad hac coercenda plenius, euidentius,  
que prouidendum esse rati; considerantes  
que duellum priuatum non minus cruentum,  
& anima, & corpori noxium esse, quàm  
quod publicè perpetratur, auctoritate Apo-  
stolica statuimus, omnes illos, qui ex condi-  
cto, statuto tempore, & in loco conuenio mo-  
nema-



nomachiam commiserint: etiamsi nulli pa-  
 trini, socijve ad id vocati fuerint, nec loci se-  
 curitas habita, nullave prouocatoria litera,  
 aut denunciationis chartula precesserint;  
 censuris, & pœnis omnibus à lieto Concilio  
 propositis teneri perinde, ac si publico, &  
 consueto abusu singulare certamen iniuis-  
 sent. Volentes etiam locorum Dominos, si  
 certamen ex condicito huiusmodi permise-  
 rint, aut quantum in se fuerit non prohibue-  
 rint, omnesque illud fieri mandantes, insti-  
 gantes, auxilium, consilium, vel fauorem  
 dantes, equos, arma, pecuniam, com meatu,  
 & alia subsidia scienter ministrantes,  
 aut ex composito spectatores, vel socios quo-  
 rum modo se se præbentes, ~~et idam censuris~~ &  
 pœnis subiaceret etiam si illi, qui ad locum  
 destinatum pugnaturi accesserunt, impediti,  
 pugnam non commiserint: si per se ipsos non  
 steterit, quo minus illa committatur. Hæc  
 Gregorius.

4 Non censetur duellum, si duo exi-  
 stentes in Ecclesia aliquid controuersie  
 habeant, & ob reuerentiam loci sacri di-  
 cant, egrediamur foras, & ibi pugnent.  
 Similiter, si vnus videns inimicum  
 suum armatum venire cōtra se, diuertat  
 ad



ad armandum se, & iterum reuertatur ad pugnam: & similia. Quia propriè hic non intercedit conditum, & conuentio in aliquem locum, vel tempus, &c. Alia legite apud Auctores citatos, & alios.

## DE LVDO.

**L**Vdus importat quemdam contractum, quo vincenti tribuitur id, quod depositum est ad hunc finem. Est autem triplex. Alius, in quo maximè dominatur casus, & fortuna, & dicitur lusus alexæ. Alius, in quo maximè dominatur ars, vel industria, aut ingenium, & dicitur *ludus mixtus*. Et quidem *ludus mixtus* præcisè ludus est indifferens: & quamuis fieret præcipuè ex intentione lucrandi, non esset mortale per se. Et quamuis primi generis ludi sint iure civili prohibiti, propter pericula, & mala, quæ ex illis sequi solent; tamen hæc prohibitio non obligat ex se præcisè sub mortali. Similiter iure canonico tales ludi sunt Clericis prohibiti. Sed quia tales leges non sunt in tanto rigore usu receptæ; ideo aliqui excusant clericos à mortali,